

videri hoc velit ipso instigante incensam curiam aut eundem ardentis curiae incendio esse deterritum, quominus diu contionaretur. Et plane . . . quod sequitur:

Intermortuae contiones,

5 quas suspicari possumus consternatas vicinitate flammaram.

Quae quidem si potentia est appellanda.

. . . definiens multifariam non illam potentiam fuisse Ciceronis, sed iustissimam gratiam, quam semper officiorum  
10 sedulitate meruisset.

Appelletur ita sane [potentia], dum ea nos utamur pro salute bonorum contra amentiam perditorum.

. . . concessit aliquid de potentia, sed vigilanter subiecit exceptionem per . . . omnem vim dicens potentiae  
15 suae in perniciem malorum pro bonis constanter operatam.

Cuius enim de incesto stupro iudicium de- § 13.  
cernendi senatui potestas esset erepta, de eius interitu quis potest credere senatum iudicium novum constituendum putasse?

20 . . . Hoc firmare contendit per coniecturam de animo senatus: nihil eum ad ulciscendum mortem P. Clodi voluntatis habuisse. Set ut magis eum gravaret, qui interemptus est, exemplum de criminibus eius adsumpsit: quod, cum intra caerimonias Bonae Deae incestum cum pontificis  
25 uxore fecisset, nihil novae quaestionis potuerit senatus